18. I confess also that all the Sacraments confer Grace: and that Baptism, Confirmation, and Orders, cannot be reiterated. *Concerning the reiteration of the Sacraments, the Calvinists dispute not; but that the Sacraments confer Grace, that they deny, which is proved,* 2 Tim. 1. 6. For which cause I admonish thee that thou resuscitate the Grace of God which is in thee, by the imposition of my hands. & 1 Tim. 2. 15. Yet she shall be saved by Generation of Children, *ergo, the right Generation of Children contains Grace,*

am-

am. Act. cap. 2. vers. 38. *& Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum*; sed peccatorum remissio non fit sine gratia: ergo si fit mediante Baptismo, debet Baptismus conferre gratiam; & cap. 8. v. 17. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum:* Joan. c. 20. v. 22. *Hæc cum dixisset insufflavit, & dixit eis, accipite Spiritum Sanctum:* Jacob. cap. 9. v. 14. *Ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum.* Non oratio fidei sola salvabit eum, sed mixta cum unctione.

Acts 2. 38. And let every one of you be Baptiz'd in the name of Jesus Christ, for the remission of your sins. *But there is no remission of sins without Grace; therefore if it be by means of Baptism, Baptism must needs confer Grace. And* cap. 8. 17. Then did they impose their hands upon them and they received the Holy Ghost, *Joh.* 20. 22. When he had said this, he breathed upon 'em, and said to them, Receive ye the Holy Ghost. *Jam.* 5. 14. Anointing them with Oyl in the name of our Lord, and the Prayer of Faith shall save the Sick. *The Prayer of Faith alone shall not save the Sick, but mixt with Anointing.*

19. Re-

19. *Recipio, & admitto quoque ritus ab Eccleſia Catholica receptos, & admiſſos in ſolemni adminiſtratione Sacramentorum.* In hoc non conveniunt nobiſcum Calviniani, ſed probatur, cum Chriſtus, & Apoſtoli uſi ſint ritibus. Joan. cap. 13. v. 4. *Surgit à Cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe.* Antequam ſurgeret à Cœna, non erat nudus, tamen ex ceremonia poſuit ſibi alia veſtimenta: & accepit linteo ſe præcingere, Panotat ritus modum. Ic. cap. 24. v. 50. *Eduxit autem eos foràs in Bethaniam, & elevatis manibus ſuis bene-*

19. I receive and admit alſo the Rites received and admitted by the Catholic Church, in the ſolemn Adminiſtration of the Sacraments. *Herein the Calviniſts agree not with us; but 'tis proved; for Chriſt and his Apoſtles uſed Rites.* John 13.4. He riſeth from Supper, and layeth aſide his Garments, and having taken a Towel, he girded himſelf. *Before he roſe from Supper he was not naked, yet out of Ceremony, he put on other Garments; and having taken a Towel, to gird himſelf; that denotes the manner of the Rite.* Luk. 24.50. And he brought them forth abroad into *Bethania*; and lifting up his hands he bleſſed

 dixit

dixit eis. Benedicere supponit elevationem manuum; ergo quando Scriptura ait, *& elevatis manibus*, denotat ritum, & quemdam modum particularem: & v. 51. *Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in Cœlum.* Benedicendo ordinarie stamus; ergo benedicere recedendo, addit ritum aliquem. Marc. cap. 14. v. 2. *Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.* Judæi, sicut nos modo, nullum condemnabant ad mortem die festivo: & v. 8. *Prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Ungebantur corpora mortua, vel

them. *To bless, supposes the lifting up of the hands*; ergo, *when the Scripture saith*, and lifting up his Hands, *it denotes a Rite, and a certain particular manner. And* vers. 5. And it came to pass, whilst he blessed them, he departed from them and was carried into Heaven. *In blessing we ordinarily stand; therefore to bless by departing, adds some Rite.* Marc. 14. 2. Not on the festival day, lest there might be a tumult of the People. *The Jews, as we do not Condemned none to death, upon a Festival day.* and vers. 8. She hath come before to anoint my Body to the Burial. *Dead Bodies were anointed, either*

ut

ut bene olerent, vel ut diu servarentur; sed ungere ante mortem est particularis ritus. Matth. cap. 10. v. 14. *Exeuntes foras de domo, vel Civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.* Excutere pulverem nihil facere videtur ad egressum, & tamen Christus hoc jubet Apostolis. 1 Timoth. cap. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* Gratia non dependet à manuum impositione, & tamen Paulus vult ut adhibeatur. Act. cap. 8. v. 17. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* Ecclesia ergo Romana non est

that they might scent well; or that they might be keep a long time, but to anoint before death is a particular Right. Mat. 10. 14. Going forth of the House, or the City, shake off the dust from your feet. *To shake off the dust, seems to make nothing to the going out, and yet Christ commands his Apostles to do this.* 1 Tim. 4. 14. Do not neglect the Grace that is in thee, which is given thee by Prophesie with imposition of hands of the Priests. *Grace depends not upon the imposition of Hands; and yet* Paul *will have it be used.* Acts 8. 17. Then they put their hands upon them, and they received the Holy Ghost. *Therefore the* Roman *Church is not*

in ſuis ceremoniis, ac ritibus ſuperſtitioſa, neque nos Catholici ſumus *Simioli*, ut nos vocant Calviniani, indiſtincte criminantes omnes ritus noſtros, ut aquam benedictam, & plura alia. 1 Timoth. cap. 4. v. 4, & 5. *Quia omnis Creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Benedicimus aquam cum ſale, ut populus qui aſpergitur, purificetur, ac ſanctificetur; ſi enim cineres vaccæ ruſæ, ut habetur Num. cap. 19. aſperſi ſupra populum ſanctificabant eum, à fortiori ſanctificabimur aqua ſale mixta, ac benedicta precibus.

ſuperſtitious in her Rites and Ceremonies; neither are we Catholics little Apes, *as you Calviniſts call us: indiſtinctly criminating all our Rites, as Holy-water, and many others.* 1 Tim. 4. 4, 5. For every Creature of God is good, and nothing to be rejected that is received with thankſgiving; for it is ſanctified by the word of God and Prayer. *We bleſs the Water and Salt, that the People who are beſprinkled may be purified and ſanctified: for if the Aſhes of a red Heifer, as it is in* Num. 19. *being ſprinkled upon the People, ſanctified them; much more ſhall we be ſanctified by Water and Salt mixt, and bleſt by the Prayers*

Sa-

Sacerdotum. In eodem cap. 19. v. 20. legitur: *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ, quia Sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus.* Si tactus solus cum fide vestimentorum Christi sanavit ægrotos, cur elementa cum fide benedicta, & verbo Dei sacrata nullam vim haberent? Utimur ergo in administratione Sacramentorum diversis elementis, ac ritubus, ob mysteriorum significationem.

20. *Amplector, & recipio omnia à Sacro Concilio Tridentino de-*

of the Priests. And in the same 19 Chap. v. 20. we read, If any one is not expiated by this Rite, his soul shall perish from the midst of the Church; because he hath polluted the Sanctuary of the Lord, and is not besprinkled with water of separation. *If the touch alone of Christ's Garments, with Faith, cured sick people, why should Elements bless'd, with Faith, and sanctified by the Word of God, have no efficacy? Therefore in the Administration of the Sacraments, we use divers Elements and Rites; by reason of the signification of the Mysteries.*

20. I embrace and receive all things defined and declared by the holy Tridentine Council,

 finita,

finita, ac declarata de peccato originali, & Justificatione. In his non conveniunt nobiscum Calviniani: quia Concilium Tridentinum docet omnes filios Adæ à ventre matris maculatos esse peccato originali, quod baptismate remittitur. De peccato originali probatur, Psalm. 50. v. 6. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Ephes. c. 2. v. 3. *& eramus natura filii iræ, sicut & cæteri.* Remitti autem peccatum originale per baptismum probatur, Act. cap. 2. v. 38. *& baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum:* & cap. 22. v. 16. concerning Original sin and Justification. *The Calvinists agree not with us in these things; because the Council of* Trent *teacheth that all the Sons of* Adam, *are bespotted with Original sin from their Mothers Womb, which is remitted by Baptism. Concerning Original Sin 'tis prov'd,* Psal. 50. 6. For behold I was conceived in Iniquities, and in sins did my Mother conceive me. *Eph.* 2. 3. And we were by nature the sons of wrath, as also the rest. *But that Original Sin is remitted by Baptism, is prov'd,* Acts 2. 38. And let every one of you be Baptized in the Name of Jesus Christ, for the Remission of your Sins. *And* Cap. 22. 16. ex-

exurge, & Baptizare, & ablue peccata tua invocato nomine ipſius. Idem Concilium docet homines aliquos eſſe Juſtos ex Matth. cap. 1. v. 19. *Joſeph autem vir ejus cum eſſet Juſtus &c.* Luc. cap. 1. v. 6. *Erant autem Juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & Juſtificationibus Domini ſine querela:* & cap. 2. v. 25. *& ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte Juſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus Sanctus erat in eo.* Coloſſ. cap. 4. v. 11. *& Jeſus qui dicitur Juſtus, qui ſunt ex circumciſione, hi ſoli ſunt ad-*

Riſe up and be Bap- Baptized, and waſh away thy ſins invocating his Name. *The ſame Council teacheth that ſome men are juſt, from* Mat. 1. 19. Whereupon *Joſeph* her Huſband being a juſt man, *&c.* Luk. 1. 6. And they were both juſt before God, walking in all the Commandments and Juſtifications of our Lord without blame. *And* cap. 2. 25. And behold there was a man at *Jeruſalem*, whoſe name was *Simeon*, and this man was juſt and Religious, expecting the conſolation of *Iſrael*; and the Holy Ghoſt was in him. *Col.* 4. 11. And Jeſus that is called *Juſtus*, who are of the Circumciſion, theſe only are my co-

jutores mei in regno Dei. Ante adventum Chriſti loco Baptiſmi erat circumciſio; ergo ſoli circumciſi erant adjutores Dei, & cum Chriſtus intelligatur ſemper Juſtus, Sacra Scriptura non dicit *& Jeſus qui dicitur Juſtus*, niſi ut advertatur, quod erant Juſti adjutores Dei. Idem Concilium docet non ſolum eſſe homines Juſtos coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ex Act. cap. 24. v. 16. *in hoc, & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.* Idem Concilium docet hominem Juſtum & in

adjutors in the Kingdom of God. *Before the coming of Chriſt, Circumciſion was in lieu of Baptiſm*, ergo, *thoſe alone that were circumciſed were coadjutors; and whereas Chriſt is alwaies to be underſtood to be good, the ſacred Scripture doth not ſay, and Jeſus, who is called* Juſtus, *unleſs it ſhould be noted that there were juſt men coadjutors in the Kingdom of Heaven. The ſame Council teacheth, that there are men not only juſt before God, but alſo before men*; Act. 24. 16. In this alſo I my ſelf do ſtudy to have a Conſcience without offence towards God, and towards Men alwaies. *The ſame Council teacheth, that a juſt man, and in*

ſtatu

ſtatu gratiæ Juſtificari ex operibus, juxta Jac. cap. 2. v. 20, 21, 22 & damnoes credunt, & contremiſcunt: vis autem ſcire, O, homo Inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham Pater noſter nonne ex operibus Juſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt. Notandum eſt quod Scriptura non dicit opera conſummari ex fide, ſed bene, fidem ex operibus. Unde habetur v. 24. Videtis, quoniam operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum. Sola fides non ſufficit. Idem Concili-

the ſtate of Grace, is juſtified by his Works, according to St. James c. 2. 20, 21, 22. The Devils alſo believe and tremble; but wilt thou know, O vain Man, that Faith without works is idle? *Abraham* our Father, was he not juſtified by works offering *Iſaac* his Son upon the Altar? Thou ſeeſt that Faith did work with his works, and by the works the Faith was conſummated. *Here you are to Note, That the Scripture ſaith not, that works are conſummated by Faith, but Faith by Works:* whence v. 24. Do you ſee that by works a Man is juſtified, and not only by Faith. *Faith alone is not ſufficient. The ſame Coun-*

um

um docet mandata Dei non esse impossibilia, sed per gratiam Divinam possibilia; ex Phil. c. 4. v. 13. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Luc. cap. 1. v. 37. *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*; Ezech. cap. 36. v. 27. *Et Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis, & operemini.* Idem Concilium docet Plures observasse mandata Dei, ex Luc. cap. 1. v. 6. *Erant autem Justi ambo apud Deum, incedentes in omnibus mandatis, &c.* 1 Joan. cap. 3. v. 22. *Et quidquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam manda-*

Council teacheth, that the Commandments of God are not impossible; but possible through divine Grace, from Philip 14. 13. I can all things through him that strengthneth me, *Luke* 1. 37. Because there shall not be impossible with God any word, *Ezech.* 36. 27. And I will put my Spirit within you, and I will cause you to walk in my Commandments, and keep my Judgments and do them. *The same Council teacheth, that many have kept Gods Commandments, from* Luke 1. 16. They were both just, walking in all the Commandments, *&c.* 1 *Joh.* 3. 22. And whatsoever we shall ask, we shall receive from him,

ta

ta ejus cuſtodimus. Scriptura non dicit in futuro *cuſtodiemus*, ſed in præſenti *cuſtodimus.*

21. *Similiter fateor in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitium ſacrificium tam pro vivis, quam pro mortuis; & in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem Chriſti ſimul cum anima, & divinitate, ibique fieri converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam converſionem Eccleſia Ca-*

becauſe we keep his Commandments. *The Scripture doth not ſay this in the future tence, we ſhall keep: but in the preſent, we keep.*

21. In like manner I confeſs, that in the Maſs is offer'd to God the true, proper and propitious Sacrifice, as well for the Living, as for the Dead: And that in the moſt Holy Sacrament of the Euchariſt, there is truly, really, and ſubſtantially the body and blood of Chriſt, together with his Soul and Divinity: and that there is made a Converſion of the whole ſubſtance of the Bread into the Body, and of the whole ſubſtance of the Wine into the Blood: which converſion the

tholica

tholica appellat Transſubſtantiationem. In omnibus his non conveniunt nobiſcum Calviniani, qui primò negant reperiri in ſcripturis nomen Miſſæ, quamvis reperiatur in Bibliis Hæbraicis *Nedeba*, quod eſt Idem ac *Miſſa*, ut verſati in lingua Hæbraica fatentur; ergo non ſolum nomen, ſed etiam res probatur ex *Deut.* c. 16. v. 10. *& celebrabis diem feſtum Hebdomadarum domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem domini Dei tui.* Per Miſſam optime intelligimus oblationem, & ſacrificium, quod

Catholic Church calls Tranſubſtantiation. *In all theſe Particulars the Calviniſts accord not with us; for they firſt deny that the word Maſs is to be found in the Scriptures, altho there be found* Nedeba *in the Hebrew Bibles, which is the ſame thing as Maſs; as theſe that are knowing in the Hebrew Tongue confeſs: therefore not only the Name, but the thing is proved from* Deut. 16.10. And thou ſhalt celebrate the feaſts of Weeks to the Lord thy God, a free will offering of thy hands, which thou ſhalt offer according to the benedictions of the Lord thy God. *By Maſs we very well underſtand an Oblation, and a Sacrifice, which*

prę-

prædixit Malach. c. 1. v. 10. *quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat Altare meum gratuito?* & verſ. 11. *ab ortu enim Solis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Gen. cap. 14. verſ. 18. *At vero Melchiſedech Rex Salem proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi.* Chriſtus ut implerentur prophetiæ, hoc ſacrificium inſtituit ex Matth. c. 26. v. 26. *Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, &c.* Celebrandi mandatum receperunt Apoſtoli

Malachy *foretold* c. 1. 10. *Who is among you that ſhuts his Gates, and kindles my Altar Gratis? and* v. 11. *From the riſing of the Sun to the ſetting of the ſame, great is my Name amongſt the Gentiles; and in every place there is ſacrific'd and offered to my name a clean oblation,* Gen. 14. 18. *And Melchizedech King of* Salem *bringing Bread and Wine, for he was the Prieſt of the moſt High God.* Chriſt, that he might fulfill the Prophecies, inſtituted this Sacrifice, Matth. 26. 26. *And whilſt they were at Supper,* Jeſus *took Bread and bleſſed and brake it, and he gave to his Diſciples, and the Apoſtles received the command*

ſtoli, ex Luke. c. 22. v. 19. *hoc facite in meam commemorationem*; & 1 Cor. c. 11. v. 25. *hoc facite quotieſcunque bibetis, &c.* Apoſtoli celebrarunt ex Act. c. 13. v. 2. *miniſtrantibus autem illis domino, &c.* Antechriſtus, & præcurſores ipſius impugnabunt hoc ſacrificium, & illud aboliri conabuntur juxta Dan. c. 9. v. 27. *& in dimidio Hebdomadæ deficiet hoſtia, & ſacrificium; & erit in templo abominatio deſolationis; uſque ad conſummationem, & finem perſeverabit deſolatio.* In lege Evangelica debent eſſe ſicut in veteri ſacri-

of Celebrating, Luke 22. 19. Do ye this in commemoration of me, and 1 *Cor.* 11. 25. Do this as often as you ſhall drink, *&c. and the Apoſtles celebrated from* Acts 13. 2. And as they were miniſtring to our Lord, *&c.* Antichriſt *and his fore-runners ſhall impugne this Sacrifice, and ſhall endeavour to aboliſh it, according to* Daniel c. 9. 27. And the midle of the week the Hoſt ſhall fail, and the Sacrifice: and there ſhall be in the Temple the abomination of Deſolation and the deſolations ſhall perſevere until the conſummation and end. *In the Evangelical Law as well as in Old, there ought to be Sacrificers;*

ficatores

ficatores secundum Isa. c. 61. v. 6. *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis:* & c. 66. v. 21. *Et assumam ex eis Sacerdotes, & Levitas.* Altaria quoque debent esse ex Matth. c. 5. v. 23. *Si ergo offers munus tuum ad Altare, &c.* & homines, qui inserviant Altari ex primo *Cor.* c. 9. 13. *Nescitis quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deserviunt, cum altari participant?* Isti altari deservientes sunt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, quibus etiam pertinet Ecclesiam gubernare, juxta *Act.* c. 20.

according to Isa. 61. 6. But you shall be called the Priests of the Lord, it shall be said to you, ye you are the Ministers of our God, and v. 66. 21. And I will take of them Priests and Levites. *There ought also to be Altars, from* Mat. 5. 23. If therefore thou offer thy Gift at the Altar, *&c. and men that must serve at the Altar,* 1 Cor. 9. 13. Know ye not that they which work at the Holy place, eat the things that are of the Holy place; and that they that serve the Altar participate of the Altar? *these working at the Altar are Bishops, Priests, and Deacons, to which it also belongs to govern the Church, according to* Acts 20. v. 28.

v. 28. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* 1 Tim. c. 5. v. 17. *Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina:* Act. c. 6. v. 6. *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum,* 1 Tim. c. 3. v. 8. *Diaconos similiter pudicos, &c.* Realitas Corporis Christi in Eucharistia probatur ex *Mat.* c. 26. v. 26. *Hoc est Corpus meum,* & v. 28. *Hic est enim Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Idem

28. Take heed to your selves, and to the whole Flock wherein the Holy Ghost hath placed you Bishops to rule the Church of God, which he hath purchased with his own blood. 1 *Tim.* 5. 17. The Priests that rule well, let 'em be esteemed worthy of double honour; especially they that labour in the word and doctrin. *Act.* 6. 6. These they did set in presence of the Apostles. 1 *Tim.* 3. 8. Deacons in like manner chast. *And the reality of the Body of Christ, in the Eucharist, is proved from* Mat. 26. 26. This is my Body; and *v.* 28. This is my Blood of the new Testament, which shall be shed for many unto remission of sins. *The*

pro-

probatur, Marc. c. 14. Luc. c. 22. 1 Cor. c. 10. Christus non est sicut sunt homines, nam non decipit, neque mentitur: ergo si promittit nobis verum Corpus suum, ut *Joan. c. 6. v. 52. & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, necessario oportet, ut realiter adsit Corpus ipsius, quando dicit, *Hoc est Corpus meum*; alias enim promissum non adimpleret. Christus affirmat, & dicit esse Corpus suum, & Calvinianus negat: Cui ergo credam Christo, vel Calviniano? Hæc realis præsentia Corporis Christi est spiritualis, & Sacramentalis, ut non credamus comedere Corpus Christi, & Sanguinem ejus bi-

same is prov'd, Marc. 14. Luke 22. 1 Cor. 10. *Christ is not as men are, for he deceives not, nor lyeth: ergo, if he promiseth us his true body, as* John 6. 52. and the bread which I shall give you is my Flesh for the life of the World; *it necessarily behoves that his body be really present, when he saith*, This is my Body, *otherwise he did not fulfil his promise. Christ affirms and saies 'tis his* Body, *and a Calvinist denies it: Whom shall I believe, Christ or a Calvinist? This real presence of the Body of Christ is Spiritual and Sacramental; that we should not believe that we eat the Body of Christ, and drink his Blood, after the man-*

bere modo Capharnaitarum. Non corpus mortuum, ſed animatum recipimus ex Joan. cap. 6. v. 51. *Ego ſum panis vivus, qui de Cœlo deſcendi*, & 1 Corinth. cap. 6. v. 20. *Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium*; ergo anima non ſeparatur à corpore. Hæc autem converſio videtur in Matth. cap. 26. v. 26. *Accepit Jeſus panem &c.* v. 27. *Et accipiens Calicem, &c.* Marc. cap. 14. Joan. cap. 6.

22. *Fateor etiam ſub una, vel altera tantum ſpecie recipi totum Corpus, & Sanguinem Chriſti, ac integrum, & verum eſſe Sacramentum: nam primi fideles communicarunt ſub uniça*

ner of the Capharnaits. We take a living, not a dead body, John 6. 51. *I am the living bread which came down from Heaven*, 1 Cor. 6. 20. Now hath Chriſt riſen from the Dead; the firſt fruits of them that ſleep; *therefore the Soul is not ſeparated from the Body. Now this Converſion is ſeen in* Matth. 26. 26. Jeſus *took Bread*, &c. v. 27. and taking the Chalice, *&c. Marc.* c. 14. *John* c. 6.

22. I confeſs alſo that the Body and Blood of Chriſt is received under either kind, and that it is a whole and true Sacrament; for the firſt faithful Chriſtians communicated under one

ſpecie

ſpecie, ex Act. cap. 20. v. 7.. *Una autem Sabbati cùm convenissent ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis.* Fractio illa panis erat Communio ſecundum omnes, & tamen de Calice nihil audimus, quia talis Communio erat bona juxta illud 1 Corinth. cap. 11. v. 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit corporis, & Sanguinis Domini.* Illa particula diſjunctiva, *vel*, ſatis oſtendit ſub unica ſpecie ſufficere Communionem; nam qui manducaverit indigne panem ſolum, vel biberit Calicem ſolum, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini. Joan. cap.

kind, *Acts* 20. 7. And in the firſt of the Sabbath when we were aſſembled to break Bread, *Paul* diſputed with them. *All agree that this breaking of Bread was the Communion, and yet we hear nothing of the Chalice; becauſe ſuch a Communion was good,* 1 Cor. 11. 27. Therefore whoſoever ſhall eat this bread, *or* drink the chalice of our Lord unworthily, he ſhall be guilty of the Body and Blood of our Lord. This diſjunctive particle *or*, doth ſufficiently ſhew that the Communion is ſufficient under one kind; for whoſoever ſhall eat this Bread unworthily only, or drink this Cup only, ſhall be guilty of the Body and Blood of our Lord, *Joh.* 6. 59 this is the

6. v. 50. *Hic eſt Panis de Cœlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducaverit, non moriatur:* v. 51. *Ego ſum Panis vivus, qui de Cœlo deſcendi, ſi quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in æternum,* v. 58. *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe vivet propter me.* In iſtis authoritatibus nullam mentionem facit de Calice Scriptura, & tamen promittit nobis vitam æternam, & quod vivemus propter Chriſtum. Dixit Chriſtus, *bibite ex hoc omnes*, & non dixit *manducate ex hoc omnes:* quia partem panis, quem fregerat, dedit unicuique; quod non fecit de Calice: nam

Bread that deſcendeth from Heaven, that if any eat of it he die not, v. 51. I am the living Bread that came down from Heaven; if any Man eat of this Bread, he ſhall live for ever, v. 58. As the living Father hath ſent me, and I live by the Father, and he that eateth me, the ſame ſhall live by me. *In theſe Authorities the Scripture maketh no mention of the Chalice; and yet it promiſeth us life Eternal, and that we live by Chriſt. Chriſt ſaid,* drink ye all of this, *but ſaid not,* eat ye all of this; *becauſe he gave part of the Bread which he brake to every one; which he did not by the Chalice.*

cum

cum erat integer, cum dedit primum uni ex illis, ut biberet, & postea aliis successive juxta ordinem suum : propterea porrecto Calice primo illorum, dixit, *bibite ex hoc omnes*, scilicet vos omnes Apostoli ; quia ibi soli erant Apostoli, & non Laici. Ecclesia posset permittere, ut omnes fideles communicarent sub utraque specie ; sed non permittit non solum propter multa inconvenientia, quæ possent evenire, V. G. ex effusione, ex regionibus frigidissimis, ubi non est Vinum ; & ex Astemiis, qui non bibunt Vinum, sed etiam, ut fideles sciant, & credant sub unica specie contineri totum Corpus, & sanguinem

For it being full, he gave it first to one of them, that he should Drink, and then to others successively, according to their Order: Therefore giving the Chalice to the first of them, he said, drink ye all of this; *viz. all you Apostles: because there were only the Apostles and no Laymen. The Church may permit, that all faithful Christians might communicate under both kinds, but she permits it not, not only because of many inconveniencies which may happen; as for Example, by being spilt, or in cold Countries where there is no Wine, and the abstemious, who drink no Wine; but also that faithful Christians might know and believe that under*

Christi; non enim recipitur Corpus mortuum; ergo cum sanguine.

23. *Constantissimè teneo, & credo dari purgatorium, ibique animas detentas fidelium suffragiis adjuvari.* In his non conveniunt nobiscum Calviniani, sed probantur Matth. cap. 12. v. 32. *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Supponit scriptura remitti aliqua peccata in futuro sæculo; non peccata mortalia secundum omnes, ergo venialia: non in Cœlo,

one kind there is contained the whole Body and Blood of Christ; for 'tis not a dead body that is received, ergo with blood.

23. I most firmly hold and believe, that there is a Purgatory, and that the Souls detained there are help'd by the Prayers of the Faithful. *The Calvinists agree not with us in these things, but they are prov'd.* Matth. 12. 32. But he that shall speak against the Holy Ghost, it shall not be forgiven him, neither in this World, nor in the World to come. *The Scripture supposes, that some sins are forgiven in the World to come; but all agree that they are not Mortal sins, ergo Venial: not in Heaven where no im-*

ubi

ubi nihil impuri repe-
tur, non in inferno
ubi nulla eſt redemptio;
ergo in aliquo tertio
loco, quod eſt purga-
torium. Philip. cap. 2.
v. 10. *Ut in nomine Je-
ſu genuflectatur Cæle-
ſtium, terreſtrium, &
infernorum.* Damnati,
& diaboli tremeſcunt,
ſed non genuflectunt:
ergo per infernum in-
telligitur purgatorium;
quia ſequitur v. 11. *&
omnis lingua confiteatur,
quia Dominus Jeſus
Chriſtus in gloria eſt
Dei Patris*; neque
damnati, neque diabo-
li hoc confitentur. 1
Cor. c. 3. v. 13. *& uni-
uſcujuſque opus, quale
ſit, ignis probabit.* Ignis
inferni non probat, ſed
in æternum cruciat;
neque ignis in fine
mundi, qui purgabit,

*pure thing is found, not
in Hell, where there is no
Redemption, ergo in
ſome third place, which
is Purgatory*, Phil. 2.
10. That in the Name
of Jeſus every knee
ſhall bow, of the Ce-
leſtials, Terreſtrials, &
Infernals. *The damned
and Devils tremble, but
bow not their knee, ergo
by Infernals is ſignified
Purgatory; becauſe it
follows*, v. 11. And e-
very Tongue confeſs
that our Lord Jeſus
Chriſt is in the Glory
of God the Father;
*neither the damned nor
Devils confeſs this*, 1
Cor. 3. 13. And the
work of every one of
what kind it is the fire
ſhall try. *Hell fire
tries not, but Torments
to all Eternity: Nei-
ther the fire of Doomſday*

& non probabit; & v. 15. *ipse autem salvus erit, tamen quasi per ignem.* Zach. c. 9. 11. *tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* In Bibliis Calvinianorum legitur *de fossa*, & non *de lacu*, ut non advertatur purgatorium. c. 13. v. 9. *& ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum.* Si igitur datur purgatorium, orandum est pro defunctis, mach Juxta 2. Matth. cap. 12. v. 46. *Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare,*

mach:

which will purge, but not try, & v. 15. But himself shall be saved, yet so as by fire, *Zach.* 9. 11. Thou also in the Blood of thy Testament hast brought thy bound ones out of Lake, wherein there is no Water. *In the Calvinists Bibles the word is Pit, and not* Lake, *that Purgatory might not be noted thereby*, and c. 13. 9. And I will lead the third part through the fire; and I will burn them as Silver is burnt; and I will prove them as Gold is proved. *Now if there be a Purgatory, we must pray for the defunct, according to* 2 Matth. 12. 46. It is therefore an holy and wholesome Cogitation to pray for the

ut

ut a peccatis ſolvantur. Probavi ſupra traditiones, & authoritatem Eccleſiæ circa ſenſum ſcripturæ: ergo non valet argumentum calvinianorum, quod ſcilicet libri Machabæorum non ſint Canonici, cum tales determinentur ab Eccleſia. 1 Joan. c. 5. v. 16. *qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Pro illis, qui peccant ad mortem, id eſt mortaliter, debemus ſemper orare, ut convertantur: ergo quando ſcriptura non præcipit orare pro illis, qui peccant mortaliter, ſed

Dead, that they may be loos'd from their ſins. *I have prov'd before the Traditions and Authority of the Church about the ſence of Scripture; ergo the Calviniſts Agument is of no force* (viz.) *that the Books of the* Macchabees *are not Canonical, when as they are ſo de-determined to be by the Church,* 1 John 5. 16. He that knoweth his Brother to ſin a ſin not unto Death; let him aſk and life ſhall be given him, ſining not to Death. *For thoſe who ſin unto death, that is, Mortally, we ought alwaies to pray that they may be converted; ergo when the Scripture commands not to pray for them that ſin Mortally, but for*

pro

pro illis, qui non peccant ad mortem, intelligit defunctis, quibus non datur venia, si sint mortui in peccato mortali, sed bene si sint mortui in gratia cum peccato veniali.

those that sin not to death; 'tis to be understood it speaks of the defunct for whom there is no Pardon, if they dyed in Mortal sin; but well and good if they dy'd in grace with Venial sin.

24. *Similiter teneo, & credo sanctos regnantes cum Christo honorari, ac invocari debere, eosque Orationes Deo pro nobis offerre, ac reliquias eorum venerandas esse.* In his non conveniunt nobiscum Calviniani, sed probantur Joan. c. 12. v. 26. *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.* Si Deus honorat sanctos, a fortiori homines debent honorare eos,

24. In like manner I hold and believe, that the Spirits reigning with Christ, ought to be honoured and invoked; and that they offer Prayers to God for us, and that their Reliques are to be Worshiped. *The Calvinists agree not with us in these things; but they are proved,* John 12. 26. If any Man Minister to me, my Father will honour him: *If God honours the Spirits, certainly men ought to honour*

&c

& etiam adorare ſicut *Lot* adorabat Angelos, Gen. c. 19. v. 2. *qui cum vidiſſet eos ſurrexit, & ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram, & dixit, obſecro domini declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi.* Lot invocavit angelos, v. 18. *quæſo Domine mi, quia invenit ſervus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, ut ſalvares animam meam, &c.* Invocantur ſancti, & exaudiunt nos; nam Angelus reſpondet v. 21. *ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, ut non ſubvertam*

them, and alſo ... them, as Lot *ador'd the Angels*, Gen. 19. 2. Who when he ſaw them, roſe up and went to meet them, and ador'd flat upon the Earth, and ſaid, I beſeech my Lords to turn into the Houſe of your Servant, and remain there. *Lot invok'd the Angels*, v. 18. I beſeech my Lord, becauſe thy ſervant hath found grace in thy ſight, and haſt magnifi'd thy mercy which thou haſt ſhewed me, that thou wouldſt ſave my Soul. *Saints are invocated and they hear us, for the Angel anſwereth*, v. 21. Behold alſo herein I have accepted thy Prayers, that I will not ſubvert the Ci-

urbem

urbem pro qua locutus es. Angelus non dicit, ut *Deus non subvertat urbem*, sed *ut non subvertam*, ad ostendendum, quod Deus vult gratias fieri mediantibus sanctis, & consequenter sunt invocandi, Ju. cap. 6 v. 13. *obsecro mi Domine, si dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia?* v. 17. & 16. *si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum, quod tu sis, qui loqueris ad me: nec recedas hinc, donec revertar ad te portans sacrificium, & offerens tibi.* Hæc verba clara non sunt Patrum, sed scripturæ sacræ; dicant ergo quid velint Calvity, for which thou hast spoken. *The Angel doth not say, that God should not subvert the City, but that I will not: to shew that God will have grace shewn through the Mediations of Saints, and consequently they are to be invocated.* Jud. 6. 13. I beseech my Lord, if our Lord be with us, why have all these things befallen us? v. 17. 18. If I have found grace in thy sight, give me a sign, that it is thou that speakest to me: neither go from hence till I return to thee, bringing a Sacrifice and offering to thee. *These clear words are not the words of the Fathers, but of the sacred Scripture; let the Calvinists therefore say*

niani,

niani, Gen. c. 48. 16. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis; & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac,* Nota, quod Jacob vult, ut invocetur nomen sanctorum mortuorum, nempe Abraham, & Isaac, Luc. c. 16. v. 24. *Pater Abraham miserere mei.* Abraham non reprehendit invocationem divitis, sed solum filii nomine suadet ei, ut recordetur bonorum suorum in vita, & similiter malorum Lazari. Job. c. 5. v. 1. *Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum*

what they will, Gen. 48. 16. The Angel that brought me out of all evils, bless these Children, and let my name be call'd upon by them, and the names also of my Fathers, *Abraham* and *Isaac. Note that* Jacob *will have the names of dead Saints call'd upon, to wit,* Abraham *and* Isaac, *Luk.* 16. 24. Father *Abraham* have mercy on me. Abraham *did not reprehend the rich mans Invocation, but only in the name of a Son, perswades him that he would remember the good things he had in his life time; and the bad ones likewise of* Lazarus, Job 5. 1. Call now, and see if there be any that will answer thee, and to which of the

conver-

convertere? Mar. c. 15. v. 26. *ecce Eliam vocat.* Calviniani in hoc sunt pejores Judæis, quia isti credebant, & admittebant invocationem sanctorum, cum sancti cognoscant necessitates nostras; nam legitur Luc. c. 15. v. 7. *dico vobis, quod ita gaudium erit in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem Justis, qui non indigent pœnitentia:* ergo ut gaudeant sancti, debent prius cognoscere. v. 10. *Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* Cornelio loquitur Angelus, Act. c. 10. v. 4. *Orationes tuæ, & eleemo-*

Saints wilt thou turn? *Mark* 15. 36. Behold he calleth *Elias. The Calvinists herein are worse than the Jews; because they believ'd and admitted of the Invocation of Saints; seeing the Saints know our necessities;* For 'tis written, *Luke* 15. 7. I say to you, that even so there shall be joy in Heaven upon one sinner that doth Penance, than upon ninety nine just that need no Penance. Ergo, *That the Saints rejoyce, they must first know for what.* And v. 10. So I say to you, there shall be joy before the Angels of God upon one sinner that doth Penance. *The Angel speaketh to* Cornelius, *Acts* 10. 4. Thy Prayers and thy Alms-

mosyna

moſyne tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Hoc Angelus non poterat dicere, niſi prius ſciviſſet. Matth. c. 2. v. 13. *Angelus loquitur Joſepho ſurge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* v. 20. ait; *defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.* Gen c. 22. v. 12. *Nunc cognovi, quod times Deum.* Angeli cognoſcunt, & ſancti quoque; nam legitur Luc. c. 20. v. 36. *æquales enim Angelis ſunt.* 1 Reg. c. 9. v. 19. *ego ſum videns, aſcende ante me in excelſum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane, & omnia, quæ ſunt in corde tuo indicabo tibi.* Non ſo-

deeds are aſcended into remembrance in the ſight of God. *This the Angel could not have ſaid, unleſs he had firſt known,* Mat. 2. 13. *The Angel ſpeaks to* Joſeph, *and ſaid,* Arile, and take the Child and his Mother, and flee into *Ægypt.* v. 20. *he ſaith,* For they are dead that ſought the life of the Child, *Gen.* 22. 12. Now I know that thou fear'ſt God. *Angels know, and likewiſe the Saints: for* Luke 20. 36. They are equal to Angels. 1 *Reg.* 9. 19. I am the ſeer, go before me on the high place, that ye may eat with me to day; and to morrow I will let thee go; and all things that are in thy heart, will I declare to thee. *The Saints*

lum

lum ſancti cognoſcunt nos, & neceſſitates noſtras, ſed Deo permittente, ſunt ſcrutatores cordium. Prophetæ in vivis multa cognoſcebant, ac prophetizabant; cur ergo ſancti divina eſſentia fruentes, non poterunt in ea, tanquam in ſpeculo etiam videre, & cognoſcere plura, & altiora? ſiquidem Divus Paulus 1 Cor. c. 13. v. 9. ait: *ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.* Si ergo ſancti cognoſcunt, orant etiam pro nobis: Zach. c. 1. v. 12. *& reſpondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum, uſquequo*

do not only know us and our neceſſities; but God permitting, they are ſearchers into our hearts. The Prophets, while alive, knew many things, & propheſied; why therefore may not the Saints enjoying the divine eſſence, in that as in a looking glaſs, ſee and know more and higher things? For St. Paul 1 *Cor.* 13. 9. *ſays,* For in part we know, and in part we Prophecy; but when that ſhall come that is perfect, that ſhall be made void that is in part. *If therefore the Saints know, then they alſo pray for us,* Zach. 1. 12. And the Angel of our Lord anſwered, and ſaid, how long Lord of Hoſts wilt thou not be mercyful

tu

te non misereberis Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es. 2 Mach. c. 15. v. 14 hic est, qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate Jeremias Propheta. Apocal. capit. 5. vers. 8. & Viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. capit. 8. v. 3. & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super Altare aureum, quod est ante thronum Dei: vers. 4. ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Cur igitur venerandæ etiam non erunt reliquiæ san-

to Jerusalem, and the Cities of Judæa, with which thou art angry. 2 Machab. 15. 14. This is Jeremias the Prophet, who prayeth much for the people, and all the holy City. Apocal. 5. 8. And the twenty four Seniors fell before the Lamb, having every one Harps, and golden Viols full of Odours, which are the Prayers of Saints. Cap. 8. 3, 4. And there were given to him many Incenses, that he should give of the Prayers of all Saints upon the Altar of Gold, which is before the Throne of God: And the smoke of the Incenses of the Prayers of the Saints ascended from the hand of the Angel before God. *Why therefore are not the Reliques*

ctorum? siquidem habetur Matth. capit. 9. vers. 20. *& ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus.* Vers. 21. *Dicebat enim intra se, si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.* Nos quoque Catholici dicimus reliquias sanctorum nobis prodesse non solas, sed cum fide; nam Christus respondit vers. 22. *Confide filia, fides tua te salvam fecit*, capit. 14. v. 36. *& rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent.* Act. capit. 19. vers. 12. *Ita ut etiam*

of Saints to be worshipped? For Matth. 9. 20. And behold a woman who was troubled with an Issue of Blood twelve years, came behind and touched his Garment, v. 21. For she said within her self, if I shall touch only his Garment I shall be safe. *And we Catholics say also, that the reliques of Saints do not profit us alone, but with Faith: for Christ answered*, vers. 22. Have a good heart Daughter, thy Faith hath made thee Safe, c. 14. 36. And they besought him that they might touch but the hem of his Garment, and whosoever did touch were made whole, *Acts* 19. 12. So that there were

super

super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Hæc omnia non faciebant tactu Corporis Christi, sed Pauli, qui prius Ecclesiæ fuerat persecutor. Quomodo igitur Calviniani irridemt nos, & non credunt, quando Sanctorum reliquias ponimus super infirmos, & à diabolo obsessos? Dicunt in necessitatibus nostris recurrendum esse immediate ad Deum. Fateor tanquam ad Authorem principalem gratiarum, sed propter humilitatem nostram, non male recurrimus ad sanctos tanquam simplicia media, & Dei amicos, ut proba-

also brought from his body Napkins, or Handkerchiefs upon the Sick, and the diseases departed from them, and the wicked Spirits went out. *All these things were not done by the touch of the body of Christ, but Paul who was first a persecutor of the Church. Why therefore do the Calvinists deride us, and do not believe, when we lay the Reliques of Saints upon the Diseased, and possessed with the Devil? But they say, that in our necessities we are to have recourse immediately to God. I confess it, as to the principal Author of all Grace; but for humility sake, we do not ill in having recourse to the Saints as means, and friends of God, as 'tis*

tur 4. Regum capit. 3. vers. 11. *estne hic Propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum?*

25. *Certe affirmo Christi, Beatissimæ Mariæ semper Virginis, ac sanctorum imagines retineri penes nos debere, debitoque honore venerandas esse.* In his non conveniunt nobiscum Calviniani, sed probantur Matth. capit. 22. vers. 20, & 21. *& ait illis Jesus, cujus est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei Cæsaris; tunc ait illis; reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Si igitur fuisset imago, & superscriptio

proved, 4 Reg. 3. 11. Is not this the Prophet of the Lord, that we may entreat our Lord by him?

25. I certainly affirm, That the Images of Christ, the most blessed *Mary*, always a Virgin, and of the Saints, ought to be retained by us, and to be Worshipped with due honour. *The Calvinists accord not with us in these things, but they are proved* Mat. 22. 20, 21. And Jesus saith to them, whose is this Image and Superscription? They say to him *Cæsars*; then he saith to them, Render therefore the things that are *Cæsars* to *Cæsar*; and the things that are Gods to God. *If therefore it had been the Im-*

Dei

Dei, ut talis veneranda fuisset. Exod. capit. 25. vers. 18. *duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte oraculi.* In Templo ponebantur Cherubim, qui sunt puri spiritus, & non ponemus sanctos habentes corpus sicut nos, licet impassibile? Psal. 98. vers. 5. *Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus; quoniam sanctum est.* Hic non tantum imaginem Domini nostri adorare debemus, sed scabellum ejus, & scriptura affert rationem; quia *sanctum est:* sic adoramus, & veneramur reliquias, corpora, & membra sanctorum, quia fuerunt Templa Spiritus sancti.

age and superscription of God, as such it ought to have been worshipped. Ex. 25. 18. Two golden Cherubims also, and of beaten work shalt thou make them on each part of the Oracle. *The Cherubim were placed in the Temple, who are pure Spirits, and shall we not place Saints having bodies like us tho impassible?* Psal. 98. 5. Exalt the Lord our God, and adore his Foot-stool; because it is Holy. *Here we ought not only to adore the Image of our Lord, but his Foot-stool; and the Scripture brings a reason, because 'tis Holy: So we adore and Worship the Reliques, Bodies & members of the Saints, because they were the Temple of the Holy Ghost.*

